Zur

Handschriftenkunde.

Von

Friedrich Adolf Ebert,

Königl. Sächs. Hofrath und Bibliothekar.

Zweites Bändchen.

Leipzig, 1827.

Bei Steinacker und Hartknoch.

BIBLIOTHECAE
GUELFERBYTANAE
CODICES GRAECI
ET LATINI CLASSICI.

Recensuit

Frid. Adolfus Ebert,

Augustiss. Regi Saxoniae

a consil. aul. et a bibliothecis

cum publica tum privata.

LIPSIAE,

apud Steinackerum et Hartknochium,

1827.

VIRO CLARISSIMO

J. GEELIO

BIBLIOTHECARIO LEIDENSI

S. P. D.

EBERT.

Duplex potissimum consilium in hoc indice conscribendo spectandum videbatur, quorum alterum in rationibus bibliopolae, viri honestissimi et candidissimi, erat positum, alterum in muneris, quo fungor, legibus. Primum enim hoc mihi erat curandum, ut exiguo pretio parabilis esset libellus a paucis iisque fortasse parum nummatis expetendus, deinde, ut cum brevitate conjungeret accuratam uniuscujusque codicis notitiam. Et alienum quidem a studiis, in quibus TU praeter artem bibliothecariam publico

omnium judicio excellis, oportebat eam saltem laudem quaerere, quae bibliothecarium decet et ornat. Igitur missis omnibus Ducalis bibliothecae indicibus, qui praeter *Langerianos* nulli prorsus putandi sunt, summo labore omnes ac singulos codices excussi et accurate inspexi, ut inde excerperem, quae ad veteris orbis disciplinam et eruditionem pertinerent, ita tamen, ut graecos, qui adsunt, codices *omnes* enarrandos mihi sumerem, sive illi veterum sive recentiorum scripta exhiberent. In quo opere si TU passim de-

sideraveris eam diligentiam, quae decet publici thesauri custodem, equidem non repugno. Sed memineris quaeso, me, mox in suavissimam patriam revocatum, vix per duos annos praefuisse bibliothecae Ducali, quae socium tanto labori aptum *nullum* omnino praeberet. Quanta autem, dum haec agebam, opera danda fuerit excusis etiam libris in ordinem redigendis, malo aliorum, quam meo, testimonio declarari. TIBI vero, Vir Clarissime et Doctissime, hunc librum inscribendum putavi, ut TIBI firmiter persuasum habeas,

esse etiam in Germania, qui Batavorum in literas insignia merita summa veneratione colant atque prosequantur. Vale mihique favere perge.

Dresdae d. XXIX. Apr.
MDCCCXXVII.

No. 10472.

CARL, Herzog *etc.* Wir wollen auf Ihre Eingabe vom 28. d. Mts. die in Antrag gebrachte Bekanntmachung eines genauern Verzeichnisses der in Unserer dortigen Bibliothek vorhandnen Handschriften griechischer und römischer Classiker hiermit genehmigen, und haben Sie daher das dieserhalb weiter Erforderliche zu besorgen.

Braunschweig d. 31. December 1824.

Auf Höchsten Special-Befehl.

von Schmid-Phiseldek.

An
Unsern Bibliothekar *Ebert*
zu
Wolfenbüttel.

A.

1. ACCENTIBUS, de.

Libellus prosodicus anonymus et anepigraphus. Inc.: *Accentus quasi ad cantus.* — Chart. in 4. sec. XV. exeunte per Petr. Janizarium in Italia exaratus. (*Gud.* 260.)

ACCENTUARIUS v. DONATUS.

2. AEGINETA, *Paul.* Ὅλης πραγματείας βιβλία ἑπτά.

Ut in edit. Basil. 1538, f. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 47.)

3. AELIANI historia animalium, gr.

Nil nisi excerpta ex hoc opere, de quibus cf. Lessingii Beyträge I, 187 ss. — Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

AEMILIUS Probus v. CORNELIUS Nepos.

4. AESCHINIS orationes et epistolae, gr.

Membr. in 8. sec. XV. eleganter exaratus per G. Chrysococcam. (*Helmst.* 806.)

5. AESCHINIS orationes in Ctesiphontem et in senatu Atheniensi, cum ejusd. epistola ad Athenienses, lat. interprete Leon. Aretino.

Membr. in 4. sec. XV. (12, 12. *Ms. Aug.* 4.)

6. — et Demosthenis orationes apud senatum Atheniensem de accipiendo vel non recipiendo Alexandro, lat. (interpr. Leon. Aretino).

Chart. in 4. sec. XV. (24, 5. *Ms. Aug.* 4.)

7. — oratt. contra Ctesiphontem et Demosthenem, lat. per eundem.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 304.)

8. AESCHYLI tragoediae VII, gr.

Cum scholiis graecis marginalibus et interlin. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 88.)

9. AESOPI fabulae LXI, gr.

Inc.: *Ἀλώπηξ καὶ τράγος διψῶντες.* Ultima fabula (apud Nevelet. 144.) inc.: *Λύκον δή λαιμῷ ὀςέον ἐπεπήγει.* — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 71.)

10. AESOPICAE fabulae anonymi Neveletiani, numero LXIII.

Membr. in fol. min. sec. XIII. Cf. Lessingii Beytraege V, 67. (87, 5. *Ms. Aug.* fol.)

11. — eaedem, numero LXII.

Membr. in 4. sec. XV. ineuntis. Cf. Lessingii Beytraege V, 65. (*Gud.* 162.)

12. — eaedem, cum commento.

Chart. in fol., a. 1471. exaratus. (*Helmst.* 185.)

13. — eaedem, numero LX.

Chart. in fol. sec. XV. exeunte exaratus a Theodorico Block. (37, 34. *Ms. Aug.* fol.)

14. — eaedem.

Chart. in 4. sec. XV. medio exaratus per Andr. Soteflesch. (*Helmst.* 622.)

15. — fabulae LXV. prosa oratione scriptae et in V. libros distributae.

Praeit prologus inscriptus: *Magistro Rufo Aesopus,* qui inc.: *Memor jam tibi tradam.* Libri I. prima fabula sic inc.: *Agnus et lupus sitientes ad rivum e diverso venerunt.* Ultima fabula, quae est undecima libri quinti, sic est inscripta: *De statua sua Aesopi ad cives,* et inc.: *Scripta et ingenia Aesopi ut agnorunt cives.* Haec fabularum Aesopicarum collectio, nec Fabricio nec Bandinio cognita, diversa est a fabulis Romuli. — Membr. in 4. sec. X. in Germania exaratus et olim in monasterio Weissenburgensi adservatus. (*Gud.* 148.)

16. — Liber de Aesopeis diversis fabulis novis.

Insunt fabulae LXVI prosa oratione scriptae, quae constituunt librum octavum codicis sic inscripti: *Libellus qui intitulatur Multifarium, extractus Bononiae de diversis anno* 1326. Discrepant et

hae a fabulis Romuli. — Membr. in 4. anno 1326. exaratus. (*Gud.* 200.)

17. — (ROMULI) fabularum Aesopiarum libri IV. prosa oratione compositi.

Huic apographo hanc notitiam praemisit Gudius: *Ex vetusto codice Divionensi monachorum sectae Benedictinae. Membranae illae quingentorum et amplius annorum forma praegrandi exhibebant Plinii historiae nat. libros XXXII, quibus praemittebantur hi quatuor libelli fabularum sub nomine Romuli cujusdam, quem quisquis ille fuerit (nam nomen nobis confictum videtur) Phaedri nostri et fabulas et verba maximam partem sublegisse alias monebimus.* Praecedit prologus ad Tyberinum filium, qui inc.: *De civitate Attica Aesopus quidam homo graecus.* L. I. fab. I. inc.: *In sterquilinio quidam gallinaceus dum quaerit escam.* Ultima fabula, quae est 23. libri quarti, inc.: *Memoriam tibi tradam carissime Rufe meam.* Cf. de hoc cod. Lessingii Beytraege I, 51 et 80 sqq. — Chart. in 4. sec. XVII. manu Gudii transscriptus. (*Gud.* 182.)

18. AETHICI cosmographia.

Vitiosissime et negligentissime exarata, quibusdam etiam in locis contractior breviorque, quam est in editione Gronoviana. — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 585.)

19. AGAPETI scheda regia, lat.

Inc.: *Honore quolibet sublimiorem.* — Chart. in 8.

a Rudolfo Augusto, duce Brunsv. sec. XVII. exaratus. (*Extrav.* 294.)

AGGENUS *v.* AGRIMENSORES.

20. AGRIMENSORES veteres.

Insunt haec:

a) J. Isaaci *Pontani* epistola autographa ad Petr. Scriverium, data Harderovici 26. Oct. 1621, quae inc.: *Mitto ad Te, Scriveri amicissime, exemplaria tria epistolarum Lipsianarum.*

b) *Ejusd.* emendatt. in libellum Hygini de castrametatione, autographae et una cum praecedente epistola ad Scriverium missae. Absunt ab edit. Scriveriana LB. 1607, 4.

c) Excerpta quaedam de Jul. Hygino ex Raph. Volaterrano, Pt. Pithoeo et Justo Lipsio, Pt. Scriverii manu exarata.

d) M. Junii *Nipsi* agrimensoris fragmentum. Fol. 2a. — Inc.: *Erit pars citrata decimanorum numeri in septentrionem.* Expl. fol. 6a.: *erit perpendicularis ut queramus singulas praecisuras. M. Junii Nissi* (sic) *liber explicit.* — Haec nondum sunt edita, v. Fabr. bibl. lat. ed. vet. I. 856.

e) *Aprofoditi* s. *Aprofiditi* et *Betrubi Rufi* architectonis liber. Fol. 6b. — Inc.: *Trigoni hortogoni chatetus pedum hypotenusa.* Expl. fol. 8b.: *tot jugera faciunt.* — Mutilus est, folio uno inter 7um et 8um exciso. Nec hic liber editus videtur, cf. Fabr. l. c. I, 849. et 856.

f) *Frontinus* de agrorum qualitate. Fol. 9a. — Inc.: *Agrorum qualitates sunt tres.* Expl. fol. 23b: *quam si ex plano nascatur.* Sed inest lacuna et folia quaedam transposita sunt. Nimirum fol. 14b. expl.: *multis enim locis adsignationi agrorum immanitas* (sic, ed. Goes. habet *immunitas*) *superfuit* (ed. Goes. Amst. 1674, 4. p. 42), et tum sequitur folium 23a, quod inc. *silva limitem detinet.* (ap. Goes. p. 43 med.)

g) Liber anonymus et anepigraphus, sine dubio etiam acephalus et acolophon, agrimensorii argumenti. Fol. 15a. — Inc.: *Mons est qui habet ad pede* (sic) *in circuitu.* Expl. fol. 22b: *qui normaliter constitutus est acutus qui minor.* — Non est ap. Goes.

h) Julii *Frontonis* liber anepigraphus et acephalus (de limitibus) Fol. 24a. — Inc.: *Dividebat agrum dextram et sinestram.* Expl. fol. 27b: *quousque res exigerit producere.* — Idem est liber, quem Goesius p. 215—219 edidit sine nomine auctoris. De Frontonis nomine cf. Rigaltium ap. Goes. p. 210.

i) Liber *Augusti* Caesaris et *Neronis.* Fol. 28a. — Inc.: *In provinciam Lucaniam.* Expl. fol. 34a: *operata est in absoluto. Termini siti sunt id est 55. p. 3. se ped. DCCC. p. a. 522. ped.* ↀ*CC. al. 525 ped. 522 ped.* ↀ*CCCC.* — Extat hic liber ap. Goes. p. 109—117.

k) Pars Piceni. Ex libro *Balbi.* Provinciae Piceni. Fol. 34a. — Inc.: *Ager Spolitinus in jugeribus et limitibus.* Expl. fol. 35a. in agro Adriani his

verbis: *In Piceno fines terminantur.* — Ap. Goes. p. 118—119.

l) Ex commentariis *Claudii* Caesaris subsequitur. Qui seorum (l. seorsum) descriptus est civitatis Campaniae ex libro regionum. Fol. 35a. — Inc.: *Aquino muro ducta colonia.* Expl. fol. 42b: *distinxit ac declaravit.* — Ap. Goes. p. 102—109 sub titulo: Julii Frontini de coloniis libellus.

m) *Hygini* constitutio. Fol. 42b. — Inc.: *Inter omnes mensurarum ritus.* Expl. fol. 68a: *formam describamus.* Ap. Goes. p. 150—202. Sed mutilus est liber in cod. nostro, siquidem desiderantur duo integra folia, unum inter fol. 48 et 49 (inde a verbis: *congressionum multitudines — limitum rectura servetur,* ap. Goes. p. 160—166.) et fol. 60, foliorumque 59, 61, 64 et 66 nonnisi fragmenta adsunt. Idem liber iterum recurrit infra fol. 137b.

n) Lex Mamilia, Roscia, Peducea, Aliaena, Fabia. Fol. 68a. — Inc.: *Quae colonia e lege deducta.* Expl. fol. 69a: *hac lege damnas esto. Exp. Hygini Gromatici constitutio feliciter.* — Ap. Goes. p. 339—340. Recurrunt infra fol. 156b.

o) *Aggeni Urbici* de controversiis agrorum. Fol. 70a. — Inc.: *Cum per omnium Agustinorum jugerum.* Expl. fol. 77b: *advocationis sunt praestituri.* — Sed in nostro cod. additur breve segmentum, quod inc.: *In judicando autem mensorem bonum,* et expl. fol. 78a: *multa quae specialiter, quaedam, quae argumentaliter, conjecturaliter etiam*

mentiri artifices coguntur. — In medio tamen libro est lacuna, deest enim folium unum inter fol. 73 et 74 (inde a verbis: *sibi vindicare — non tantum inter respublicas, sed et inter,* ap. Goes. a p. 70. lin. 10. ad p. 71. lin. 14) et folii 75. nonnisi fragmentum adest. — Extat ap. Goes. p. 65 — 75. Iterum recurrit infra fol. 86 a.

p) Fluminis varatio. Fol. 78 a. — Inc.: *Si in agris quadratura.* Liber in fine mutilus (deest enim folium unum inter 78 et 79) desinit in his verbis fol. 78 b: *erit latitudo fluminis.* Extat ap. Goes. p. 285 — 289.

q) De sepulcris lex imp. *Tiberii* Caesaris. Fol. 79 a. — Ab initio mutila est et in cod. nostro ab his verbis orditur: *Testimonium perennitatis est* (ap. Goes. p. 347. lin. 7). Expl. fol. 79 b: *Tiberio Caesare Cons.* — Lex haec extat ap. Goes. p. 346 — 348. Sequuntur in cod. nostro haec verba: *In eadem Beneris* (i. e. Veneris) *genetricis*, adjectis figuris aliquot, sed quum folium sequens sit excisum, cetera desunt.

r) Ratio limitiae adsignationis prima. Fol. 81 a. — Inc.: *Triumviralis lapides Graecani rotundi.* Expl. fol. 81 b: *Signa sunt finalia constituta.* Similia ap. Goes. p. 255 ex Latino et Mysrontio habentur.

s) Liber Marci *Barronis* de geometria. Fol. 81 a. — Inc.: *Casa quae per A nomen habet.* Expl. fol. 83 b: *fines qua legis hoc habebis.* Extat ap. Goes. p. 235 — 239.

t) Nomina agrorum. Fol. 83 b. — Inc.: *Ager adsignatus.* Expl. in ead. pag.: *ex beneficio Augusti.* Ap. Goes. p. 26.

u) Nomina limitum. Fol. 84 a. — Inc.: *Limitis orientalis.* Expl. in ead. pag.: *Sunt limites N. XXVIIII. agrorum N. XVIIII. ideoque limes agro positus litem ut discernerent agris, nam ante Jobem limites non parebant, qui dividerent agros.* Ap. Goes. p. 26. sq. ubi tamen ultima verba minus plene habentur.

v) Ex libro *Balbi* nomina lapidum finalium. Fol. 84 b. — Initium ac totus fere liber deest, cum in prima pagina figurae tantummodo appareant et duo sequentia folia sint excisa. Expl. fol. 85 a: *ad Jovem ordinamus. Euclydis Siculus arismetica scripsit.* Ap. Goes. non extat.

w) *Aggenus Urbicus* de controversiis agrorum. Fol. 86 a. — Inc.: *Cum per omnium Augustinorum jugerum.* Expl. fol. 95 a: *Etiam mentiri artifices coguntur.* Idem liber jam supra (v. litt. *o.*) in cod. nostro extat, atque hoc etiam loco eodem augmento in fine est locupletatus, quo caret ed. Goesiana.

x) Liber *Simplicii.* Fol. 95 b. — Inc.: *Non praetermittimus nominata.* Expl. fol. 108 b: *generaliter exequi proposuimus. Ager est fini ruris.* Ap. Goes. p. 76—89, sed in fine multo auctior est cod. noster. Quae enim Goesius habet, desinunt in verbis: *ad certa finium dispositionem procedit*, quae in cod. nostro leguntur fol. 106 b.

y) *Hyginus* de limitibus. Fol. 108b. — Inc.: *Limites legae latae paterae debent.* Expl. fol. 124b: *Quid notatum reperitur, repetendum est.* Extat ap. Goes. p. 203—211, sed multum a nostro diversus. Nam post verba: *Hae sunt conditiones agrorum, quas cognoscere potui,* quae ap. Goes. leguntur p. 211. lin. 1., in nostro cod. fol. 115b. cohaerenter haec sequuntur: *Nunc de generibus controversiarum perscribam — — respublica populi quorundam vendidit* (fol. 116b col. 2. lin. 13), quae habentur, sed multo aliter, ap. Goes. a p. 56. lin. 25 ad p. 57. lin. 22 in Aggeni commentario in Frontinum. Quae in cod. cohaerenter sequuntur: *In qua regione si de alluvione ageretur — esse omnia persequenda* (fol. 118a. col. 1.) videntur inedita, sed quae statim post haec verba habentur: *Ergo ut supra dixi consuetudinem regionum — convenientia possessorum confirmabant* (fol. 119a col. 1.) leguntur ap. Goes. p. 4—6 in Siculo Flacco. Quae ab hoc inde loco usque ad fin. leguntur, incertum est quorsum pertineant. Goesius certe non habet.

z) Liber gromaticus *Hygini* de divisionibus agrorum. Fol. 125a. — Inc.: *Multiplicati in omnem logon in trigono.* Expl. Fol. 137b: *quo noberca si vitari non potuerunt.* Est idem liber, quem sub tit. de castrametatione edid. Pt. Scriverius ex hoc cod. cum Vegetio. LB. 1607, 4.

aa) Liber *Hygini* gromaticus (de limitibus constituendis). Fol. 137b. — Inc.: *Inter omnes mensurarum ritus.* Expl. fol. 156b: *formam describamus.* Vid. supra litt. *m.*

bb) Lex Mamilia, Roscia, Peducia, Alliena, Fabia. Fol. 156b. — Vid. supra litt. *n.*

cc) Liber *Balbi* ad Celsum, expositio et ratio omnium formarum. Fol. 157b. — Hujus libri qui vulgo inscribitur: Jul. Frontinus de agrorum qualitate, initium solum adest, inde a verbis: *Notum est omnibus*, ad verba: *in quorundam notitiam veniat omnia*, ap. Goes. p. 28. Gerardus Mortaigne, unus ex prioribus possessoribus, haec in fine adscripsit:

> Te mea rusticitas laceravit et improbus error:
> Namque Polonum te, sed male, credideram.
> Jam perge ad doctos, melius tractandus ab illis.
> Te eheu vellem nostras non tetigisse manus.

dd) Variae lectiones in Hygino (de castrametatione). — Manu Pt. Scriverii exaratae, sed ultra prima verba non procedentes.

ee) *Hygini* gromatici liber de munitionibus castrorum. — Apographum sec. 16. ineunte desumtum ex vet. cod. qui ab initio mutilus erat.

ff) Pt. Gallandii epistola ad Card. Carolum a Lotharingia data Paris. 10. cal. Dec. 1554. — Est fragmentum illius epistolae, quae praefixa legitur editioni Parisiensi. Accedunt excerpta ex Gesneri bibliotheca et Volaterrano. Omnia exarata manu Scriverii.

gg) *Hygini* Gromaci liber de munitionibus castrorum. — Ab Itala manu ineuntis seculi XVI. ex cod. Ant. Galesii Massae et Basil. Zanchi trans-

scriptus. Petr. Scriverius, qui sub finem varias lectiones adjecit, in margine testatus est, tenere se hoc apographum ex dono J. Wouwerii.

hh) Ex *Hygino* Gromatico (de munitionibus castrorum) excerpta. Exarata manu Petri Scriverii.

Cod. membr. 157 foliorum (non computatis foliis chartaceis, quae recentiore tempore exarata in fronte et calce accesserunt) in fol. min., seculo VII. literis uncialibus in Italia a duobus, ut videtur, librariis exaratus et figuris rudiuscule pictis ornatus. Quamvis vitiosissime est scriptus, multa tamen tenet egregia. Priores possessores hi fuerunt: Erasmus Roterodamus († 1536). D. a Lasco. Regnerus Praedinius, qui anno 1559, quo et mortuus est, nomen inscripsit. Gerardus Mortaigne. Joannes Arcerius cum nota anni 1566, unde etiam hic codex Scriverio in edit. Vegetii audit Arcerianus. Petrus Scriverius, ex cujus auctione emtus est in bibliothecam Guelferbytanam. Recentissimo tempore aliquamdiu Parisiis haesit, ubi inspectus est a Bredovio, cf. hujus epistolas Pariss. (36, 23. *Ms. Aug.* fol.)

21. AGRIMENSORES veteres.

Insunt haec:

a) Julii *Frontini* epistola ad Celsum, praemissa operi de agrorum qualitate. Fol. 1 a. — Nil est nisi fragmentum hujus epistolae, quae plena reperitur apud Goesium p. 28.

b) Leges variae et fragmenta agrimensorii argumenti. Fol. 2a. — Leguntur apud Goes. p. 340 ss. sed alio ordine.

c) Jul. *Frontinus* de agrorum qualitate. Fol. 5a. — Inc. *Agrorum qualitates sunt.* Expl. fol. 8b. *quam si ex plano nascatur.*

d) *Aggeni Urbici* commentarius in Frontinum. Fol. 8b. — Inc. *Suscepimus qualitates.* Expl. fol. 18b. *etiam mentiri artifices coguntur.* Nimirum in hoc quoque codice eodem additamento auctus est liber, quod est in codice praecedente.

e) Liber diazografus (s. *Aggeni Urbici* commentariorum liber II.) Fol. 18b. — Figuris solis constat, quae multum discrepant ab iis, quas habet editio Goes.

f) *Saeculi* (l. *Siculi*) *Flacci* de conditionibus agrorum. Fol. 25a. — Inc. *Conditiones agrorum per totam Italiam.* Expl. fol. 38a. *leges respiciendae.*

g) Nomina limitum. Fol. 38a. — Ap. Goes. p. 26 sq.

h) Genera lineamentorum. Fol. 38b. — Inc. *Gradus habet pedes duosemis.* Expl. fol. 43a: *et duabus rectis.* Haec et Euclidis prolegomena a Gallandio et Turnebo edita sunt ad calcem agrimensorum post indicem separatim, sed absque figuris geometricis, quae in hoc codice conspiciuntur. Apud Goesium extant p. 30 ss.

i) *Euclidis* liber primus. Fol. 43a. — Inc. *Punctum est cujus pars nulla est.* Expl. fol. 45b: *quod oportebat facere.* Apud Goes. p. 316—319.

k) *Hygeni* Augusti liberti de limitibus constituendis. Fol. 45b. — Inc. *Ab hoc exemplo antiqui men-*

suras (ed. Goes. p. 150. lin. 19.) Expl. fol. 67b: *forma describamus.*

l) *Ejusdem* (de conditionibus agrorum). Fol. 67b. — Inc. *Igitur omnem sortem* (ap. Goes. p. 204. lin. 25.) Expl. fol. 71a: *in p. IIII. LXI.* Additae sunt figurae terminorum.

m) Ordines finitionum ex diversis auctoribus. Fol. 73a. — Inc. *Termini si duo in unum fuerint.* Expl. fol. 79a: *et in IICCCCLX.* Ap. Goes. p. 247—262.

n) De jugeribus metiundis. Fol. 79a. — Inc. *Castrense jugerum.* Expl. fol. 81a: *in hoc agro esse dicimus.* Ap. Goes. p. 311—315.

o) Finium regundorum (*sic*). Fol. 81a. — Sunt fragmenta veterum ICtorum Pauli, Ulpiani, Caji, Modestini et aliorum de finibus regundis, diversa ab illis, quae ap. Goesium p. 345 leguntur.

p) Lex Mamilia, Roscia, Peducea, Allena, Favia. Fol. 83a. — Ap. Goes. p. 339 sq.

q) Collectanea de coloniis. Fol. 84a. — Inc. *Adrianus ager. Limitibus maritimis.* Expl. fol. 88a: *veritas declaretur.* Apud Goes. p. 119—128, ubi haec Balbo dantur.

r) Fragmenta varia de limitibus. Fol. 88a. — Ap. Goes. p. 262—277.

s) De casis literarum. Fol. 95a. — Ap. Goes. p. 239—246.

t) Expositio literarum finalium. Fol. 98b. — Ap. Goes. p. 278—284.

u) Interpretatio ubi supra de finibus agrorum, item

de mensuris agrorum. Fol. 101 a. — Ap. Goes. p. 290.

v) De agris. Fol. 101 b. — Ap. Goes. p. 292.

w) De limitibus constituendis. Fol. 102 a. — Inc. *A voce exemplo antiqui mensuras.* (Conf. supra litt. *k.*) Excerpta sunt ex Hygino, v. ap. Goes. p. 150. lin. 20 sqq. Similia etiam habet Goes. p. 215. lin. 13 ss.

x) Ex libris *Dolabellae.* Fol. 102b. — Ap. Goes. p. 293 ss. Desinunt fol. 104b in verbis: *Sed hoc in re praesenti* (ap. Goes. p. 299. lin. 11.)

y) Mensurarum genera. Fol. 108b. — Inc. *Mensurarum genera sunt XII.* Expl. *pedes VIII. DCXL.*

z) De mensuris secundum geometricae disciplinae rationem ex voluminibus eruditorum virorum excerpta. Fol. 109a. — Ap. Goes. p. 320—325.

Cod. membr. 111 foliorum in fol. min., sec. X. ab uno eodemque librario exaratus figurisque rudiuscule pictis ornatus. Petrus Scriverius in folio, quod ab initio praecedit, haec notavit: *Repertus hic Gromaticorum excerptorum liber in finibus Galliae Belgicae, impressusque Parisiis* 1554 *a Petro Galandio et Hadr. Turnebo, Lutetianis doctoribus, viris doctissimis. Ex hoc ipso codice expressa est Parisiensis editio.* Petri Scriverii deinde fuit (quod testatur ejus nomen fol. 1 a, postea erasum), tandemque ad Gudium pervenit et cum reliquis Gudianis illatus est in bibl. Guelferbytanam, unde nuper per aliquod tempus migrare jussus est Lutetiam. (*Gud.* 105.)

22. ALBINOVANI elegia de morte Maecenatis.

Inscriptio in codice haec est: *Ad Maecenatem*, omisso Albinovani nomine. Inc. *Defleram juvenis.* — Chart. in fol., sec. XV. medio exaratus ab H. Hopff. (*Helmst.* 332.)

23. ALEXANDRI M. epistola ad Aristotelem de situ et memorabilibus Indiae.

Inc. *Semper me mortui.* — Membr. in 8. sec. X. (56, 16. *Ms. Aug.* 8.)

24. — Textus de ortu magni Alexandri Macedonis.

Est Pseudo-Callisthenes latinus factus per Aesopum Jul. Valerium. Inc. *Aegypti sapientes fati.* Expl. *Et quem orbis universus ferro superare non potuit, vino et veneno superatur atque extinctus succubuit.* — Membr. in 8. sec. X. (56, 16. *Ms. Aug.* 8.)

25. — idem liber.

Membr. in 8. sec. XIII. (*Extrav.* 163.)

26. — idem liber.

Chart. in 4. sec. XV. medio exaratus Erfordiae per Andr. Soteflesch. (*Helmst.* 622.)

27. — idem liber.

Est tantum fragmentum ejus. — Membr. in 4. sec. XI. (*Extrav.* 259, 1.)

28. ALYPII εἰσαγωγὴ μουσική.

Hic cod. chart. in fol., de quo conf. catalogum Gudianum impressum p. 540. num. 68, jam inde a longo tempore desideratur, quod testatur epistola bibliothecariorum Gottingensium d. 3. Nov. 1814. (Olim *Gud. gr.* 38.)

29. ANASTASII Sinaitae ὅρους περὶ διαφόρων κεφαλαίων s. de variis capitibus orthodoxae fidei, graece.

Idem est liber, qui habetur in codice Dresdensi A 58, et quem Gretserus a. 1617 edidit Ingolstadii in 4. — Membr. in 4. sec. X. (*Gud. gr.* 53.)

30. ANTHOLOGIA. Carmina varia excerpta ex anthologia graeca.

Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

31. ANTONINUS, *M.* Ἐκ τῶν καθ' αὑτόν.

Inc. Ἴδιον ανθρώπου φιλεῖν. Inserta et permixta sunt excerpta ex Aeliani historia animalium, quod demonstravit Lessingius in Beytraegen I, 187 ss. — Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

32. ANTONINI Augusti itinerarium provinciarum.

Imperfectum et truncatum, nec ultra p. 47 Wesseling. edit. procedens. — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 585.)

33. APOLLINARIS, *Sidonii*, carmina et epistolae.

Membr. in fol. min. oblong. sec. XIII. Olim Flacii. (*Helmst.* 486.)

34. — epistolae.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Helmst.* 1027.)

35. APOLLODORI πολιορκετικά, graece.

P. 102. in textu Apollodori quaedam occurrunt, quae sub Philonis nomine extant in Mathematicis vett. gr. Paris. p. 50 ss. — Chart. in 4. sec. XVII, cum lectt. varr. ad marginem adjectis. (*Gud. gr.* 95.)

36. APOLLONII Pergaei conicorum libri IV, graece.

Ut in edit. Oxon. 1710. — Chart. in fol. sec. XVI, cum figuris mathematicis. Olim Matthaei Macigni fuisse perhibetur in catalogo Gudiano. (*Gud. gr.* 12.)

37. APOLLONII Rhodii Argonauticorum libri IV, graece, cum scholiis interlin. et marginalibus.

Ab Ant. Askevio a. 1746 inspectus et inter praestantiores codices relatus, sed inter fol. 17b et 18a ingenti lacuna versuum 560 — 862 libri primi laborans. In fine est:

Τέλος σὺν θεῷ. ἀμήν. ἀμήν. ἀμήν.

Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ πόνος ταπεινοῦ Πέτρου.

In calce involucri notatum reperitur: *ab* Λου. (Lucari?) *empta Romae* 1456. *die* 10. *Junii.* — Membr. in 4. sec. XIV. (10. 2. *Ms. Aug.* 4.)

APROFODITUS *v.* AGRIMENSORES.

38. APSINIS Rhetoris τέχνη ῥητορικὴ, graece.

Inc. Ἔιρηται μέν τινα. Hic est ille codex quem inspexit Ruhnkenius, cf. Ruhnkenii elogium Hemsterhusii ed. Bergman. p. 449. — Chart. in fol., sec. XVI. ineunte Venetiis, ut videtur, exaratus. (*Gud. gr.* 14.)

39. — ἐκ Ἀψίνου ῥήτορος περὶ ἐπιλόγου.

Chart. in fol. sec. XVI. ineuntis. (*Gud. gr.* 14.)

40. APULEJI opera, in novae editionis subsidium aptata a Theodoro de Juges, cum indice Apulejano.

Quae infra num. 143. de CAESARIS operibus eodem modo aptatis dicentur, eadem fere valent de hoc apparatu Apulejano, priorum tantum-editorum vestigia legente. (41, 1, 1. et 85, 1. *Ms. Aug.* fol.)

41. — opera. Lugd. Bat. 1594, 12. *Impressa.*

Cum emendatt. autographis Cl. Salmasii. (*Gud.* 346.)

42. APULEJI metamorphoseon libri XI.

Membr. 40 foliorum in 4. sec. XIII. binis columnis exaratus, litt. init. pictis. (*Gud.* 172.)

43. — metamorphoseon libri XI.

Codex satis mendose exaratus et mutilus. Incipit enim ab his verbis libri II. *Verum eam puero* (sic)*fotis famula* (ed. Colv. p. 19. lin. 28. Elmenhorst. p. 117. lin. 18.) Deinde inter fol. 24 et 25 ingens est lacuna. Nam fol. 24b explicit in verbis libri V. *sed male prima* (ed. Colv. p. 88. lin. 21.) et fol. 25a incipit ab his verbis libri VI. *in asino* (sic) *meo latere aliquid* (ed. Colv. p. 105. lin. 22.) Denique totum volumen abrumpitur in his verbis libri XI. *Id sacrum nec sollicita nec* (ed. Colv. p. 198. lin. 18. Elmenhorst. p. 259.) — Membr. 72 folior. in fol., sec. XIII. Codex rescriptus, quo olim missale latinum sec. XII. exaratum tenebatur. (*Gud.* 30.)

44. — de deo Socratis.

In fine nominatur: *De natura daemonum.* Inc. *Qui me noluistis dicere.* — Membr. in 8. min. sec. XIII. (82, 10. *Ms. Aug.* 8.)

45. — de deo Socratis.

Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 168.)

46. — Asclepius s. dialogus Mercurii Trismegisti.

Inc. *Asclepius iste pro sole mihi est.* In fine est:

Explicit liber Mercurii. — Membr. in 8. min. sec. XIII. (82, 10. *Ms. Aug.* 8.)

47. APULEJI idem liber.

Inscribitur in hoc codice: *Hermetis Trismegisti Asclepius.* — Membr. in 4. sec. XIII. (*Gud.* 168.)

48. — liber de nota adspirationis.

Inc. *Omnis aspirationis nota.* Expl. *Hic terminus habeatur.* — Chart. in 4., circa a. 1450 in Italia exaratus. (22, 4. *Ms. Aug.* 4.)

49. — idem liber.

Chart. in 4. sec. XV. exeunte per Petr. Janizarium in Italia exaratus, idemque, quem significat Fabricius in biblioth. lat. (vet. edit.) I, 523. (*Gud.* 260.)

50. — de diphthongis.

Inc. *Diphthongi quibus veteres utebantur.* Expl. *ut faex, faux, plaenus.* — Chart. in 4. sec. XV. exeunte per Petr. Janizarium in Italia exaratus. (*Gud.* 260.)

51. — idem liber.

Nomen Apuleji ab hoc cod. abest. — Chart. in 4. circa a. 1450 in Italia exaratus. (22, 4. *Ms. Aug.* 4.)

52. ARATI Solensis des grekischen Poeten gedicht vnde geschrift van den tall, namen, plätzen, ordeningen vnde Gelegenheit,

vpganck vnde vnderganck der hemelscher erschininghen, bilder vnd gesternten *etc.* Nu erst vth den Grekeschen in de Neddersassesche Sprake vlitich vnd truwelich verändertt ock verkläretı dorch Joannem Macrowarinum. Anno 1563.

Haec versio prosa oratione est confecta. — Chart. in 4. a. 1563 exaratus. (*Helmst.* 1016.)

53. ARCHIMEDIS problema de armentorum solis numero, versibus graecis, cum scholiis graecis.

Ex hoc cod. editum in Lessingii Beytraegen II, 423 ss. — Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

54. ARISTIDES *περὶ ἀφελείας*, graece.

Chart. in fol. sec. XVI. ineuntis. (*Gud. gr.* 14.)

— *v.* QUINTILIANUS.

55. ARISTOPHANEAE glossae ex equitibus.

Chart. in 8. sec. XIV. (*Gud. gr.* 77.)

56. ARISTOTELES de arte poetica, graece.

Chart. in fol. min. sec. XV. (*Gud. gr.* 26.)

57. — organon, graece.

Insunt: Κατηγορίαι (quarum initium abest, incipiunt enim a cap. VI), *περὶ ἑρμηνείας, ἀναλυτικὰ πρότερα, ἀναλυτικὰ ὕστερα, τοπικὰ,*

σοφιστικοὶ ἔλεγχοι, quorum finis deest. Addita sunt scholia graeca permulta cum marginalia tum interlinearia. — Membr. in fol. min. sec. XIII. Fuit quondam Man. Chrysolorae, qui nomen in ultima pagina adscripsit. Usus illo est Buhle in sua edit. (*Gud. gr.* 24.)

58. ARISTOTELIS ethicorum ad Nicomachum libri X. latine, Leon. Aretino interpreta.

Praecedit interpretis epistola ad pontificem summum et praefatio. — Membr. in fol. min., sec. XV. in Italia exaratus. (87, 3. *Ms. Aug.* fol.)

59. — iidem, latine.

Membr. in 4. a. 1331 exaratus. (*Helmst.* 593.)

60. — iidem (libri IX.), latine.

Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 710.)

61. — eorundem liber 8—10, latine.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

62. — iidem, latine, cum commentario.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 366.)

63. — opera aliquot, latine.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 577.)

64. — politicorum libri VIII, lat.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

65. — iidem, lat.

Membr. in 4. a. 1331 exaratus. (*Helmst.* 593.)

66. ARISTOTELIS oeconomica, lat.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

67. — eadem, lat.

Membr. in 4. a. 1331 exaratus. (*Helmst.* 593.)

68. — eadem, lat. interprete Leon. Aretino.

Cum praef. ad Cosm. de Medicis. — Membr. in 12. sec. XV. (*Extrav.* 299.)

69. — magnorum moralium libri II, latine.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

70. — de arte rhetorica libri III, latine.

Inest in hoc cod. duplex versio horum librorum. — Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

71. — iidem, lat.

Hic quoque codex duplicem versionem tenet. — Membr. in 4. a. 1331 exaratus. (*Helmst.* 593.)

72. — problemata, latine.

Initio carent. — Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

73. — de mundo, latine.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

74. — de anima, lat.

Chart. in 4. sec. XV. (23, 23. *Ms. Aug.* 4.)

75. ARISTOTELES de arte poetica, lat.

Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

76. — eadem, lat.

Membr. in 4. a. 1331 exaratus. (*Helmst.* 593.)

77. — physiognomia, lat.

Chart. in 4. sec. XV. (17, 21. *Ms. Aug.* 4.)

78. — liber secretorum s. de regimine principum, lat.

Praeter initium nil adest. — Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

79. — idem, lat.

Cum epistola interpretis Philippi (ut in cod. Dresdensi *D.* 81) et duobus aliis prologis. — Chart. in 4. sec. XV. medio Erfordiae exaratus per And. Soteflesch. (*Helmst.* 622.)

80. — de morte Aristotelis.

Inc. *Cum clausa esset via veritatis sapientibus.* — Membr. in 4. sec. XIV. (*Helmst.* 488.)

81. — tractatus in libros de coelo, de generatione et de anima.

Chart. in 4. annis 1576 et 1577 exaratus a viro quodam docto, natione Germano. (33, 30. *Ms. Aug.* 4.)

82. — annotationes in libros de rhetorica (ab initio mutilae et a cap. II. §. 18. incipientes), ethica, de mundo, de virtutibus.

Mere philologicae et criticae, atque optimae frugis plenissimae. Ignotus auctor (quem Germanum fuisse, manus prodit) textum emendat e codd. mss., ex versionibus antiquioribus et ex conjectura. Caselii eas esse vix putaverim. — Chart. in 4. sec. XVI. exeuntis. (*Helmst.* 810.)

83. ARISTOTELES. Dav. *Schrammii* commentarius in Aristotelem de mundo.

Chart. in 4. a. 1588 exaratus. (19, 42. *Ms. Aug.* 4.)

84. — quaestiones in Aristotelis libros de coelo et mundo.

Inc. *Unde Aristoteles in isto libro.* — Chart. in fol., sec. XV. per Bartoldum Tymerla Lipsiae exaratus. (79, 4. *Ms. Aug.* fol.)

85. — *Marcilii* quaestiones parvorum naturalium.

Inc. *Circa materiam parvorum naturalium.* — Chart. in fol., sec. XV. per Bartoldum Tymerla Lipsiae exaratus. (79, 4. *Ms. Aug.* fol.)

86. ARRIANUS de expeditione Alexandri M., gr. Basil. 1539, 8. *Impress.*

Cum lectt. varr. et emendatt. mss. viri docti sec. XVI. Fuit Groularti, qui dono dedit Bonav. Vulcanio. Postea fuit Adolfi Vorstii. — Chart. in 8. (*Gud.* 329.)

87. ARTAXERXIS epistolae ad Paetum et ad Hystanum, graece.

Chart. in 4. sec. XV. exeuntis. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

ARUSIANUS *v.* MESSUS.

88. ASCONII Pediani in Ciceronis novem orationes commentarii.

Inest explicatio harum orationum: Contra L. Pisonem, pro M. Scauro, pro Milone, pro Cornelio de majestate, contra Antonium et Catilinam, divinationis in Verrem, trium orationum in Verrem. — Membr. in fol. min. sec. XV. (*Gud.* 88.)

89. ATHANASII archiep. Alexandr. *διδασκαλίαι πρὸς Ἀντίοχον Ἄρχοντα.*

Inc. *Ἐλθὼν πρὸς τὸ ἁγιώτατον.* — Membr. in 4. sec. X. (*Gud. gr.* 51.)

90. — *πλεῖστα ζητήματα ἀναγκαῖα ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀπορουμένων, καὶ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς γινώσκεσθαι ὀφειλομένων.*

Inc. *Πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες.* — Membr. in 4. sec. X. (*Gud. gr.* 51.)

91. — *διδασκαλία περὶ Χριστιανῶν καὶ Ἰουδαίων.*

Inc. *Χριστιανῶν τε καὶ Ἰουδαίων ὁμολογούντων ἀμφιβαλλόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων.* — Membr. in 4. sec. X. (*Gud. gr.* 51.)

92. AUGUSTI Caes. carmen.

Inc. *Ergone supremis* (in Burmanni anthol. II, 184.) — Chart. in fol. sec. XV. medio exaratus. (*Helmst.* 332.)

93. AUGUSTUS. Versus Augusti, ut ajunt.

Inc. *Thrax puer astricto glacie dum ludit in Hebro.* — Membr. in 8. min. sec. XVI. ineuntis. (*Gud.* 332.)

— *v.* etiam AGRIMENSORES.

94. AVIANI fabulae XLII.

Adjecta sunt scholia marginalia et interlinearia, in quorum prooemio dicitur: *Titulo caret liber et dicitur apocryphus, quia actor hujus libri ignoratur.* In fine codicis haec leguntur: *Explicit apud oysemontem a. D. M. CC. LXX. VII. sabbato ante festum b. Marchi ewangelistae.* — Membr. in 4. a. 1277 exaratus in Gallia. (13, 10. *Ms. Aug.* 4.)

95. — fabulae XXXIV.

Hic codex Cannegietero audit Cortianus II, vid. II, 3. III, 6. 10. IV, 10. — Membr. in fol. min. sec. XIII. (86, 5. *Ms. Aug.* fol.)

96. — fabulae XLII.

Hic codex Cannegietero audit Cortianus I. — Membr. 12 folior. in 8. sec. XIV. (*Gud.* 288.)

97. — fabulae.

Est Cortianus III. apud Cannegieterum. — Chart. in fol., sec. XV. exeunte exaratus a Theodorico Block. (37, 34. *Ms. Aug.* fol.)

98. — fabulae, cum commento.

Chart. in fol., circa a. 1471 exaratus. (*Helmst.* 185.)

99. AVIENI, *Rufi Festi*, phaenomena Arati.

Undecim tantum versus. — Membr. in 4. sec. X. (*Gud.* 132.)

AURELIUS *v.* VICTOR.

100. AUSONIUS. Epigrammata et elegiae aliquot.

In his sunt Cupido cruci affixus et Cento nuptialis. — Chart. in 4. sec. XV. exeunte in Italia exaratus. (10, 9. *Ms. Aug.* 4.)

101. — haec sunt carmina, quae reperiuntur de omni opere Ausonii Theonii.

Chart. in 4., 9. cal. Aug. 1445 a Bapt. Dedo Feltrensi, cancellario, exaratus. (*Gud.* 145.)

102. — opera. Apud Stoer, 1588, 12. *Impressa.*

Cum emendatt. mss. autographis Cl. Salmasii. (*Gud.* 348.)

B.

BALBUS *v.* AGRIMENSORES.

103. BASILIUS. Ναυμαχικὰ συνταχθέντα παρὰ Βασιλείου, Πατρικίου καὶ παρακοιμωμένων.

Chart. in 4., transscriptus a. 1616 Lundini ex veteris codicis apographo ab And. Darmario Venetiis a. ͵αφογ (1573) facto. (*Gud. gr.* 98.)

104. BASILIUS Magnus. Epistolae XXII ad diversos, graece.

Chart. in 4., medio sec. XVI ab Adolfo Occone exaratus. (18, 1. *Ms. Aug.* 4.)

105. — λόγοι εἰς τὴν ἑξαήμερον.

Inc. Πρέπουσα ἀρχή. — Chart. in 4. sec. XV. (*Gud. gr.* 87.)

106. — de legendis gentilium scriptis, graece.

Chart. in 4. sec. XIV. (*Gud. gr.* 44.)

107. — de divinitate filii et spir. S. adversus Eunomium, lat. interprete G. Trapezuntio.

Chart. in 4. sec. XV. (4, 7. *Ms. Aug.* 4.)

108. — contra Eunomium ad Amphilochium de spiritu sancto, lat.

Chart. in 4. sec. XV. (4, 7. *Ms. Aug.* 4.)

109. BESSARION. Ἐπιστολὴ καθολικὴ πρὸς Γραϊκούς.

Chart. in fol., sec. XV. (*Gud. gr.* 18.)

110. (BIBLIA graece.) Psalterium Athanasianum e graeco in lat. conversum ab Elia Ehingero.

Chart. in fol. a. 1651 exaratus. (27, 3. *Ms. Aug.* fol.)

111. — variae lectt. psalterii graeci ms.

bibliothecae Bodejanae, quarum excerpta extant in Tomo XIII. Repertorii für die bibl. u. morgenländ. Literatur.

Collectae et exaratae a P. Jac. Bruns. Chart. in 4. (*Helmst.* 955.)

112. (BIBLIA graece.) Evangelia quatuor, graece, praefixo calendario.

Christianus Frid. Matthaei, prof. Vitebergensis, in scheda scripta d. 27. Sept. 1801 de hoc codice sic retulit: „Codex hic scriptus est ab homine graeco, seculo, ut videtur, XI. Exemplar expressum est valde praestans, quod nec ex lectionariis ecclesiasticis, nec ex interpretibus, nec ex graecismo, nec ex barbara latinistarum versione, quae vulgo Vulgata appellatur, nec denique ex parallelismo ceterorum evangeliorum corruptum fuit. Sed scriba, qui hoc exemplum transscripsit, crimine levitatis et incogitantiae prorsus liberari nequit. Modo enim quaedam omisit, modo quaedam bis deinceps scripsit. Vocales etiam et diphthongos, ut αι et ε, ει et η, ο et ω, υ et η et similes confudit, quem errorem tamen interdum ipse correxit. Praeterea vero nonnulla temere ac pro arbitrio suo, ut videtur, mutavit, quae nullius codicis auctoritate nituntur. Nihilominus tamen plus quam triplam partem lectionum earum exhibet, quae praestantissimorum codicum consensu ceteris anteferendae sunt. Notationes lectionum ecclesiasticarum et synaxarium, quod in fine legitur, sunt a manu ali-

quanto recentiore. Recentissima vero manus [quae sec. XVI. exeuntis est, *E.*] temerario consilio probas etiam codicis lectiones modo correxit, modo eis apposuit deteriores ex editione Erasmi, de qua audacia non sine caussa conquesti sunt Heusingerus et Knittelius, qui ante me hunc codicem tractarunt." — Membr. in 4. sec. XI. cum iconibus quatuor evangelistarum satis scite pictis. (16, 6. *Ms. Aug.* 4.)

113. (BIBLIA graeca.) Ceteri N. T. libri, inde ab actis apostolorum usque ad apocalypsin.

Volumen alterum codicis antecedentis efficit, quamvis aetate sit dispar. — Chart. in 4. sec. XIV. a duobus, ut videtur, librariis exaratus. (16, 7. *Ms. Aug.* 4.)

114. — acta apostolorum, epistola Jacobi, epistola I. et II. Petri, epistolae tres Johannis, ep. Judae, ep. ad Romanos, epp. II. ad Corinth., epistolae ad Galatas, ad Ephesios, ad Philipp., ad Coloss., ad Thessalon., ad Timoth., ad Titum et ad Hebraeos, Graece.

Cum scholiis graecis marginalibus. In fine adjectae sunt ab eadem manu variae preces, dialogi, confessiones fidei et excerpta ex patribus. In ult. folio graeca manus notavit, depositum esse hunc codicem a Theodoreto in bibliotheca Catechumenorum Laurae S. Athanasii in monte Atho. Inspexit cum Ch. F. Matthaei, qui in scheda d. 4. Aug. 1802 adjecta monuit, scholia excerpta

esse ex Chrysostomo et Pseudo-Oecumenio, scribam Graecum fuisse nec indoctum, codicemque referendum esse inter reliquos praestantiores ad classam secundam. — Membr. in 8. sec. XII. Folium, quo continebantur Actor. XVI, 39 — XVII, 18. jam abest. Ad ducalem bibliothecam accessit ex legato b. Langeri, bibliothecarii Guelferbytani. (*Gud. gr.* 104, 2.)

115. (BIBLIA graeca.) Epistola ad Romanos, graece. Cum notulis latinis.

Chart. in fol. min. a. 1600 exaratus a Davide Ἁμαξούργῳ (Wagnero) Augustano. (84, 4. *Ms. Aug.* fol.)

116. — Joannis epistola prima.

Graece ἐν ςίχοις ita exarata, ut graecis verbis versiones latinae Castalionis, Vulgatae edit., Erasmi, Vatabli et Bezae subjiciantur. — Chart. in fol. min. sec. XVII. (*Gud. gr.* 28.)

117. — Novum Testamentum gr. Colon. Allobr., Rouière, 1620, 4. *Impress.*

Cum plurimis annotatt. mss. b. Kochii, consiliarii Brunsvic. — Chart. in 4. (243, 4. *Extrav.* 4.)

— *v.* etiam PRECES.

118. BLASTARIS, *Matthaei*, περὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων συνόδων σύνοψις.

Chart. in 4. sec. XVII. a Gudio transscriptus. (*Gud. gr.* 92.)

119. BOETHIUS. De consolatione philosophiae libri V.

Membr. in 4. sec. XII. Olim C. Dati Florentini, qui dedit N. Heinsio. (3, 4. *Ms. Aug.* 4.)

120. — idem opus.

Chart. in fol. sec. XV. (*Helmst.* 337.)

121. — idem opus.

Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 560.)

122. — idem opus.

Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 665.)

123. — idem opus.

Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 996.)

124. — glossae in Boethium de consolatione philosophiae.

Inc. *Tempore quo dux Gothorum Theodericus Romanam remp. armis invasit.* — Membr. in fol. min. sec. XII. (4, 11. *Ms. Aug.* 4.)

125. — quaestiones in Boethii libros de philos. consolatione.

Inc. *Circa primum librum Boecii de consol. philozophie quaeritur, utrum consolatus philozophicus sit subjectum hujus libri.* — Chart. in fol. sec. XV. exaratus Lipsiae per Bartoldum Tymerla de Brunswick. (79, 4. *Ms. Aug.* fol.)

126. — differentiarum topicarum liber quartus.

Inc. *Quanta sibimet ars rhetorica.* — Membr. in fol. min. sec. XII. (4, 11. *Ms. Aug.* 4.)

127. — differentiarum topicarum liber quartus.

Inc. *Si quis operis titulum.* — Membr in 4. sec. XV. mendose satis exaratus. (*Gud.* 167.)

128. — in Ciceronis topica commentariorum libri VI.

Lib. I. inc. *Exhortatione tua Patrici rhetorum peritissime.* Lib. VI. expl. *Talis etiam fortuitarum concursio est.* — Membr. in fol. sec. XIV. in Gallia exaratus. (*Gud.* 2.)

129. — arithmeticae libri II.

Praeit prologus ad Symmachum, qui inc. *In dandis accipiendisque muneribus.* — Membr. in 8., sec. XIII. in Anglia, ut videtur, exaratus. (51, 9. *Ms. Aug.* 8.)

130. — iidem libri.

Membr. in 4. sec. XIII. Olim fuit Henrici de Hervordia, tum ex ejus legato bibliothecae fratrum ord. praedic. conventus Mindensis. (*Helmst.* 1027.)

131. — astronomicon.

Inc *M. Fabio plurimam salutem. Etsi te studio.* —

Chart. in fol. sec. XV. Olim monasterii S. Udalrici Augustae. (65. *Ms. Aug.* fol.)

132. — musicae libri V.

Inc. *Omnium quidem perceptio sensuum.* Expl. *Ut in diatonicis generibus nusquam una.* Sequuntur XVI. versus: *Qui cupias priscum modulandi noscere nisum* etc. Loci graeci plene et recte exarati adsunt. — Membr. in 4. maj. sec. XI. Monasterii cujusdam S. Afrae fuisse videtur. (*Gud.* 72.)

133. — de scholarium disciplina libri III.

Inc. *Vestra novit intentio.* Expl. *alterius saporis inquinamenta permanebunt.* — Membr. in 4. sec. XV. Olim Nic. Heinsii ex dono And. Cavalcantii. (10, 5. *Ms. Aug.* 4.)

134. — iidem libri.

Membr. 10 folior. in fol. per Bricium Briton. a. 1332 exaratus, quod patet ex collatione cum cod. Gud. 15. quocum olim cohaesit. (*Gud.* 17.)

135. — iidem libri.

Chart. in 4. a. 1471 exaratus. (*Helmst.* 608.)

136. — liber de summa et beatissima trinitate.

Praeit praef. ad Joannem archidiac. quae inc. *Investigatam diutissime quaestionem.* Liber ipse inc. *Christianae religionis reverentiam.* — Chart.

in 4. a. 1463 exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

137. — indago quaestionis, an pater, filius et spiritus S. de deo substantialiter praedicentur.

Inc. *Quaero an pater et filius et spiritus sanctus.* — Chart. in 4. a. 1463 exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

138. — liber de hebdomadibus ad Johannem archidiac.

Inc. *Postulas a me.* — Chart. in 4. a 1463 exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

139. — tractatus de summo bono.

Inc. *Cum in omni specie.* — Chart. in 4. a. 1463. exaratus per Henr. Vollenhoe. (*Gud.* 237.)

140. — excerpta ex Boethio.

Chart. in 4. sec. XV. Occupant in hoc codice miscellaneo folia 50a, 115a et 285a, sed exigui sunt pretii. (*Gud.* 253.)

141. BRUTI epistolae.

Inc. *Audio vos Dolabellae dedisse pecunias.* — Chart. in 4. sec. XV. Florentiae exaratus. Olim abbatiae Florentinae. (17, 21, 2. *Ms. Aug.* 4.)

142. BRYENNII, *Manuelis*, ἁρμονικῶν βιβλία γ.

Inc. 'Επειδήπερ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἐπιςήμην. — Chart. in fol. sec. XV. (*Gud. gr.* 4.)

C.

143. CAESARIS opera, in novae editionis subsidium aptata a Theodoro de Juges.

Exemplar editionis cujusdam typis excusae chartâ purâ distinctum, in cujus singulis paginis monetur typotheta, quae notae variorum interpretum et quo loco sint adjiciendae. Quae quum primis tantum verbis indicatae sint nec nisi ex libris editis depromtae, nullum omnino usum habent haec volumina, si excipias indicem satis plenum in Caesaris opera, qui in fine Vol. tertii reperitur. — Chart. in fol. obl. sec. XVII. tribus voluminibus constans. (5, 6, 2. item 5, 6, 1. et 4, 3, 1. *Ms. Aug.* fol.)

144. — de bello gallico libri VIII.

Inscribitur opus in hoc codice: *Commentator C. Julii Caesaris de bello gallico liber primus incipit feliciter. Julius Celsus V. C. emendavit.* In litera initiali libri I. manus sec. XVII. notavit: *Opus hocce Constantinopoli repertum et inde in Germaniam delatum Tubingae* 1621. *cal. Januarii dono accepi, quum emissem Mss. Ovidii et Virgilii, eodem advecta.* De qua narratione quid statuendum sit, nescio; hoc scio, codicem exaratum esse aut in Germania info-

riore aut in Belgio, testante litera p, quae in charta inest. Postea fuit Henrici Alberti Hamilthonii. — Chart. in fol. sec. XV. (*Blankenburg.* 138.)

145. — de bello gallico fragmentum (Lib. I. ex cap. 18. et 29.)

Membr. duorum folior. in 4. sec. XIV. (*Extrav.* 240, 1.)

146. — divi Caesaris carmen, ut quidam volunt.

Inc. *Quanti tua est probitas.* — Chart. in fol. a. 1461. per J. Carpensem Ferrariae exaratus. (*Helmst.* 338.)

147. CAESARII quaestiones theologicae et philosophicae, graece.

Inc. Ὁι τὴν μεγχάλην. — Chart. in fol. sec. XV., a J. Leunclavio a. 1589 Julio duci Brunsv. dono oblatus. (*Helmst.* 467.)

148. CANONES. Ὁι ἱεροὶ καὶ θεῖοι κανόνες κατ' ἐπιτομὴν.

Primus canon est περὶ ἐπισκόπων, et inc. Ἐπίσκοπος ὑπὸ δύοιν ἢ τριῶν ἐπισκόπων χειροτονείσθω. — Chart. in 4. sec. XV. (*Helmst.* 663.)

149. CAPELLA, *Marcianus.* De nuptiis philologiae et Mercurii libri IX.

Membr. in fol., sec. XIII. luculenter exaratus. (*Gud.* 62.)

150. — ejusd. operis lib. I. et II.

Membr. in 4. sec. XIV. (41, 7. *Ms. Aug.* 4.)

151. — ejusd. operis lib. I. et II.

Membr. in 4. praestantissimus, sec. X. (*Gud.* 133.)

152. — ejusd. operis lib. II. et III.

Tertius liber primo loco positus est. — Membr. in 8. sec. XIII. Olim monasterii S. Michaelis in Hildesheim. (8, 16. *Ms. Aug.* 4.)

153. — excerpta ex Marc. Capella.

Insunt versus omnes librorum de nuptiis philologiae, et excerpta de astronomia. — Membr. in 4. sec. X. (*Gud.* 132.)

154. — excerpta ex Marc. Capella de musica (fol. 1-7, 80-84 et 130-134), de rhetorica (fol. 85-111), de dialectica (fol. 136-156), de arithmetica (fol. 157-176), de astrologia (fol. 180-185), de geometria (fol. 185-203), de philologia (fol. 203-205.)

